



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

ANDOVER-HARVARD LIBRARY



AH 59QC -



GEORGE & BERNARD WESTERMANN BROTHERS IN NEWYORK

empfehlen folgende ausgezeichnete Werke ihres Verlags
IN ERSTEN AMERIKANISCHEN AUSGABEN.

Unsere Verlagswerke sind sämmtlich auf schönem Papier geschmackvoll gedruckt, und reihen sich den trefflichsten Erzeugnissen der französischen, englischen und amerikanischen Presse



würdig an. Wir halten Alles gebunden und zwar in den elegantesten Einbänden in grosser Auswahl, wodurch wir dem Bedürfnisse des Publikums sofort genügen können.

AHRENS, DAS NATURRECHT oder die Rechtsphilosophie nach dem gegenwärtigen Zustande dieser Wissenschaft. Gr. 8.

MOLE'S DICTIONNAIRE NOUVEAU franç.-alem. et alem.-franc. Neues Wörterbuch der französischen und deutschen Sprache. 9 Bde. Lex. 8. 7te Star.

ALB

Or

Bt

AUE

Vc

eir.

Al

CLA

tlk

W

St

au

DER

rei

bis

fei

EUR

wi

Mi

sti

Er

Er

Er

Er

Er

Er

Er

Er

Er

Er

Er

Er

Er

Er

Er

Er

Er

Er

Er

Er

Er

Er

Er

Er

Er

Er

Er

Theological School

IN

HARVARD UNIVERSITY.

Received Dec 20th 1879

Dr. Charles Pickering

Prachtwerk, gr. Folio.

HEINE'S GESCHICHTE NAPOLEONS von der Wiege bis zum Grabe in Wort und Bild.

HERMES' GESCHICHTE DER NEUESTEN ZEIT. Drei Bde. gr. 8. und Taschenformat. 5te Auflage mit 6 Illustrationen.

HILDEBRAND'S WINTER AUF SPITZBERGEN. Ein Buch für die Jugend. 4te verbesserte Auflage. 8.

W. HOFFMEISTERS BRIEFE AUS INDIEN. Nach dessen nachgelassenen Briefen und Tagebüchern herausgegeben von Dr. A. Hoffmeister. Mit einer Vorrede von C. Ritter und 7 topogr. Karten. gr. 8.

SPORSCHIL'S DREISSIGJÄHRIGER

KRIEG. Mit in den Text eingedruckten Holzschnitten. Gr. 8. u. kl. 8. 3te Auflage.

SPORSCHIL'S GESCHICHTE DER HOHENSTAUFEN. Mit zehn Stahlstichen nach Originalzeichn. Gr. 8. 2te Auflage.

SPORSCHIL'S KARL DER GROSSE, sein Reich und sein Haus. Mit 1 Stahlstich. Gr. 8. 2te Auflage.

THIBAUT'S DICTIONNAIRE français allemand et allemand-français. Vollständiges deutsch-französisches und französisch-deutsches Wörterbuch. Von M. A. THIBAUT. 9te mit 45000 neuen Wörtern und Redensarten vermehrte Auflage. 5ter unveränderter Abdruck. 8.

FR. W. CHRISTERN,
FOREIGN
BOOKSELLER,
32 Chestnut St.,
PHILADELPHIA

ΜΥΘΟΓΡΑΦΟΙ

SCRIPTORES

POETICAE HISTORIAE

GRAECI

EDIDIT


ANTONIUS WESTERMANN

LITT. GR. ET ROM. IN UNIV. LIPS. P. P. O.

BRUNSVIGAE

SUMPTUM FECIT GEORGIUS WESTERMANN

MDCCCXLIII.



PRAEFATIO

Mythographorum volumen emittens, promissum olim in praefatione ad paradoxographos, sentio mihi impositam esse necessitatem non tam de ipso consilio exponendi, quo hoc negotium susceperim, quam quo modo quibusque adiutus adminiculis exsequutus sim paucis explicandi. Hoc enim volumine qui continentur scriptorum, si Cononem excipis atque Ptolemaeum, nullus nunc prodit prorsus non mutatus, unus, Palaeplatum dico, talis ut denuo recensensus videri possit. Quarum mutationum iam reddenda ratio est. Ac primum quidem in uno quoque scriptore edendo ita versatus sum, ut pro fundamento eo textu uterer qui iure optimus haberetur, lectionis varietatem ex libris adhuc collatis et si quos primus nactus essem*) integram, item doctorum hominum correctiones quas nossem omnes adicerem, ipsa autem scriptorum verba, ubi meliora praebere libri aut omnino eorum auctoritas sine ratione deserta videretur, ad eandem revocarem atque conformarem. Itaque hoc teneant lectores, in adnotatione critica ubi *vulg.* adiectum legant, id significari quod legitur in editionibus ea quam ducem sequutus sum antiquioribus, deinde ubi *erat vel legebatur vel scribebatur*, a memet ipso aliquid novatum esse, postremo ubi nihil adpositum nisi nomen docti alicuius hominis, coniecturam esse ab eodem in medium prolatam. Meum autem iudicium raro interposui, cavens quippe a lubrica atque ambagiosa coniectatione, in eo praesertim genere scriptorum, quod sermonis elegantiae non admodum erat curiosum, quodque tam sui dissimile ad nostra tempora per-

*) Addidi sub finem voluminis librorum ac siglorum indicem.

venit, ut desperandum esse videatur fore aliquando ut possint restitui in integrum. Recte enim in praefat. ad Eratosth. p. XIII. monuit Heynius, mythologicorum librorum pene omnium codices varias manus expertos esse, aliorum qui in epitomas redigerent, aliorum qui suis exemplaribus ex aliorum librorum lectione alia adicerent. Solis in inferioris aetatis scriptoribus, Heraclito et sequentibus, haebat aliquanto latius exspatiari: in quibus quae a vulgatis libris discrepant mea sunt tantum non omnia.

Apollodorum igitur dedi ex recensione *C. G. Heynii* (ed. 2. Gott. 1803), qui quam praeclare de hoc scriptore meruerit inter omnes constat. Apollodoro dici vix potest quantum labem imposuerit, qui primus eius bibliothecam edidit, *Benedictus Aegius* Spoletinus (Rom. 1555). Is enim, ubi contractior et exilior oratio videretur, ex aliorum scriptorum, inferioris aevi maxime grammaticorum copiosioribus narrationibus permulta ultro intulit ab ipso Apollodoro prorsus aliena. Quae quoniam parum curaverunt qui rursus edendum eundem scriptorem sibi sumpserunt, *Hieron. Commelinus* (Heidelb. 1599), *Tanag. Faber* (Salmur. 1661), *Thom. Galeus* (in hist. poet. scriptt. ant. Paris. 1675), ceteroquin haud spernendae eruditionis homines, diu inhaesit vitium quasi de manu in manum traditum: primus Heynius demum animum advertit, fontes indagavit, librorum ope quae Aegius intulerat eiecit, alia multa vitia removit. Sed vel sic haud pauci loci residebant, quos Heynius, nescio qua ductus religione aut vulgatae lectionis reverentia, intactos reliquerat, sine omni autem haesitatione corrigendos esse aut omnium aut praestantissimorum librorum consensus suadebat ac iubebat. Hoc igitur negotium suscipere et pro viribus explere non dubitavi, praesertim cum idem detrectasse intellexissem novissimos editores, *E. Claverium* et *C. L. Sommerum*, quorum hic, quoniam in usum scholarum Apollodorum edidit (Rudolst. 1822), non id egit ut textum ab integro recenseret, quanquam de locis nonnullis suum iudicium interposuit sobrium atque rectum, — ille in sua editione, quae 2 voll. prodiit Paris. 1805, operam dedit magis ut res ab Apollodoro traditas explicaret et alio-

nam scriptorum testimoniis illustraret, quam ut orationem ab illatis vitiis quantum fieri posset liberaret, nec libros manuscriptos inspexit ipse, sed eis tantum usus est quae alii ante iam congesserant, in his *Fr. Sevinus* atque *Cl. Gasp. Bachet de Meziriac*, qui quae in Apollodorum commentati sunt asservantur in regia bibliotheca Parisina.

Jam ad libros quod attinet, primus quattuor usus est *Aegius* (vid. eius adn. ad p. 41. 2, 3), in quibus nominatim laudat Metellinum (**J**) a Jano Metellio Sequano acceptum, Farnesianum (**H**) ex bibliotheca Alexandri Farnesii cardinalis, non diversum illam, ut videtur, a libro Joannis Honorii (vid. adn. ad p. 36. 2, 5), Tettianum (**T**) librum Scipionis Tettii Neapolitani, ex Rodulphi cardinalis exemplari descriptum (vid. adn. ad p. 43. 2, 20). Quorum librorum quae sit auctoritas nunc definiri nequit, quoniam pro sui saeculi more Aegius plerumque satis habuit universim libros suos commemorare, quid in uno quoque legeretur raro indicavit: maxime tamen Metellinum sequantur videri scribit Heynius in praefatione. Deinde libro Palatino (**P**), nunc Vaticano no. 52, usus est *Commelinus*, cuius editioni, quam ipsi non licuit ad finem perducere, libri istius lectiones ad oram exemplaris ab illo enotatas praemisit Judas Bonatius: in ipso textu, quae in Palatino non reperta sunt, uncis inclusit editor. Accessit Oxoniensis (**O**) a *Galeo* primum adhibitus. Hunc Heynius ex Palatino transcriptum esse anguratur: de qua re ambigi posse censeo. Ipse vero *Heynius* longe maiorem nactus est librorum haud spernendorum copiam. Ac primum quidem usus est lectionibus libri Dorvilliani (**D**) adscriptis margini editionis Galeanae, quae cum aliis duobus exemplaribus, *Commeliniano* et *Salmauriensi*, altero *Jani Palmerii*, altero *Tan. Fabri* correctiones adscriptas habentibus ex venditione bibliothecae *Barmanni* secundi in *Gottingensem* pervenit: — qui liber sine dubio existimandus est apographum Palatini. Deinde *Ruhnkenio* curante ad eundem perlatus est apparatus variae lectionis a *Gerardo Jacobo van Swinden*, qui et ipse novam Apollodori editionem molitus erat (vid. *Misc. obs.* nov. t. 3. a. 1741. p. 37 sqq.), diligenter conqui-

situs: erat autem in hoc apparatu varietas lectionis librorum Palatini (P), de quo iam dictum est, Vaticani no. 1071 (V), Medicei saec. 15. (M), Vesuntini (X), *Sevino* quoque cogniti, quanquam Claverius quis ille liber sit fatetur se ignorare (t. 1. p. XXIII), trium Parisinorum regiae bibliothecae, item iam a Sevino inspectorum, quorum no. 2967 saec. 15. Heynio est primus (B^a), no. 1653 saec. 16. secundus (B^b), no. 1658 saec. 16. tertius (B^c).

De his libris sic iudicat Heynius praef. p. XLVIII. *cum Palatino omnino ceteri codices in vitiis manifestis ita conveniunt, tam corruptelis quam lacunis et hiatibus atque etiam interpolationibus e margine in verba scriptoris illatis, ut aut ex eo descripti aut cum ipso ex alio eodemque codice repetiti esse videantur: vix una alteraque satis memorabilis varietas reperitur, varietas vero lectionis fere omnis aberrationibus indoctissimorum hominum, qui litterarum compendia assequi non potuerant, consistit; ut manifestum fiat, exemplar illud, quod pro fonte fuit, iam seriore aetate, cum litterarum compendiis dudum contaminata esset scriptura, fuisse exaratum; agnosco tamen aberrationes primi et secundi gradus, hoc est alios in quibus omnes plerumque consentiunt, alios in quibus in varias partes discedunt: ut probabile fiat illa menda antiquioribus apographis insedissee, e quibus profecta sunt haec quae adhuc in notitiam nostram venerunt. Idem sine dubio existimasset Heynius, si nosset, de altero Vaticano (S), quem adhibuit teste Claverio *Sevinus*; in hoc enim quanquam quid scriptum sit paucissimis tantum locis indicatum est (vid. ed. Clav. t. 2. p. 272. 379), sunt ista tamen non magni pretii, nec, si reliquis iste multum praestaret, tam raro, opinor, commemoratum videremus. At Heynius, ut dicam quod sentio, cupidius aliquanto sive potius obscurius de libris suis videtur iudicavisse, certe ita ut quam in constituenda scriptoris oratione legem sequendam duxerit vix intelligas. Verum est quidem, omnibus gravioribus mendis libros ad unum laborare omnes, sed non minus exploratum mihi est, in minutioribus — singulorum vocabulorum discrepantias dico, nominum scripturam, verborum collocationem et quae sunt si-*

milia — minime omnium eandem esse rationem eandemque pravitatem, sed alios praestare, alios posthabendos esse, de quibusdam ut parum diligenter collatis, in quibus Medicum atque Vesuntinum ipse Heynius numerat; ne satis constare quidem. Itaque usu edoctus affirmare posse mihi videor, optimae notae esse Palatinum cum Dorvilliano, Regium tertium atque Vaticanum (**PDR^oV**): qui libri etsi multum abest ut omni numero absoluti esse videantur, tamen, quo via ac ratione res procederet, eam legem mihi scripsi et diligenter observavi, ut, ubi aut omnes aut plurimi conspirarent nec alias rationes obsisterent, eorum lectiones restituerem. Quod quam recte quoque cum successu fecerim iudicent alii.

His novam nunc inopinato accessit subsidium, Parisinus quartus no. 2722. saec. 14. Scilicet Apollodorum meum vix absolverant operae, cum Parisiis adlata est novissima eiusdem scriptoris editio, quam inter fragmenta historicorum graecorum, alieno quidem loco, sed laudabili consilio curavit *Car. Muellerus* (ap. Didot. 1841). Is primus adhibuit hunc librum, qui licet sit mutilus — (continet enim tantam I. 3, 1 — 6, 3 *ἔβαλεν ὄρη* p. 11, 16 meae edit.; I. 9, 1 *πέμπων ὁ Ἀθάμας* p. 18, 22 — 9, 47 *συνεννάζεται* p. 26, 2; I. 9, 23 *δεδοικυῖα* p. 29, 8 — II. 1, 5 *Ἡφαιστίνης* p. 39, 11; II. 4, 2 *εἶχον πέδιλα* p. 43, 11 — 5, 1 *Ἰφίτον κτείνας* p. 51, 19; II. 5, 8 *τοῦ Θρακῆος* p. 55, 30 — 6, 3 *τοὺς παριόντας* p. 64, 12; II. 7, 6 *Ἡρακλέα ἔχειν* p. 68, 21 — 8, 2 *Ἀριστόδημος* p. 73, 14; III. 6, 5 *Τυδέα* p. 91, 7 — 7, 6 *τὴν Ἀλκμαίωνος* p. 96, 5; III. 10, 2 *ταῖς μὲν λοιπῶς* p. 100, 21 — 14, 4 *Ἀλφεισιβοίας λέγει* p. 115, 10) — atque in maioribus omnibus corruptelis, lacunis, interpolationibus cum reliquis conspiret, optimae tamen notae est, saepe numero facit cum reliquis praestantioribus, nonnunquam doctorum hominum coniecturas mirifice confirmat, aliquoties etiam solus veram praebet lectionem: ut aliquammultos locos eius auxilio editor in integrum restituerit, praeterquam quod, ubi auxilio non essent libri, Heynii maxime atque Claverii vestigiis ingressus est. Quare dolet sane quod sero huius libri lectiones meam in notitiam perlatae sunt: quanquam vel sic mea editio cum Muelleriana multis locis

consentit, quibus veram scripturam ex aliis libris, maxime **PDB^cV**, iam repesueram. De qua re ut lectores indicare possent, lectiones ab ipso Muellero in praefat. p. V sq. isto ex libro enotatas Addendis inserui. Sic autem existimandam est, non tam sola speciosarum lectionum copia, ipsa adeo speciositate sua aliquantum suspiciosarum, quam hoc consensu demum Parisini quarti auctoritatem confirmari. Praeterea si quibus aliis locis mea editio cum Muelleriana discrepat, hoc eo factum est, quod ille in suam Parisipum intentus non item reliquorum librorum eam quam debebat rationem habuit. Carte parum profuit Apollodoro magna ista de Italicis codicibus opinio, quasi in his omnis spes salutis posita esset: quae opinio haud scio an suspicione magis et incerto aliquo rumore nitatur quam experimento atque veritate. Nam libri Aegii, Vaticani, Mediceus quantum praestant fere constat: qui sint, quorum auxilio Apollodorum vix sui similem effici posse augurantur, nemo dum definivit. Interea praesentibus subsidiis utendum est quam fieri potest diligentissime. Pervelles igitur Muellerus non in uno suo libro substitisset eoque mutilo, sed reliquos etiam qui in regia bibliotheca Parisina asservantur libros denuo contulisset, quos nondum satis accurate collatos esse quavis fere pagina apparet. Ego vero, cui non contigit adire Corinthum, eis quae praesto erant usus sum quantum potui, dum nova emendationis instrumenta alii conquirerent rem inchoasse satis habens.

Sequuntur Cononis narrationes. Vixit is aetate Caesaris et Octaviani: quippe librum suum dedicavit Archelao Philopatori, ultimo regi Cappadociae. Has narrationes, non integras, sed excerptas tantum atque decurtatas, ut et Ptolemaei, Hephæstionis f. cognomine Chenni, primi p. Chr. n. saeculi hominis, novam historiam solus in bibliotheca sua servavit Photius patriarcha. Utrumque libellum dedi ex recensione *Imm. Bekkeri* (Berol. 1824), adiectis correctionibus ad Cononem *J. A. Kannii* et *Heynii* (prodiit Kannii editio Gatt. 1798, cui p. 168—182 adiecit Heynius spicilegium observationum), ad Ptolemaeum *J. J. Roulexii*, qui eiusdem scriptoris excerpta Photiana cum commentario recenditoris doctrinae

pleno seorsim edidit Lipsiae, Aquingiani et Bruxellis 1834. Ducem Bekkerus maxime sequutus est librum Bessarionem (A), nunc inter Venetos s. Marci no. 450.

Parthenii *περὶ ἐρωτικῶν καὶ ἡθικῶν* libri unicum superstes est exemplar Palatinum saec. 10. (P), quod cum olim fuisset in bibliotheca Palatina, a. 1623 a Leone Allatio cum ceteris libris manu scriptis translatum est in Vaticanam, postea Parisiam migravit, denique a. 1815 Heidelbergensibus restitutum est. Hinc primus edidit *Janus Cornarius* Zwicaviensis Basil. 1531, iterum *Th. Galeus* in hist. poet. scriptt. ant. Paris. 1675, tum, ut missas faciam sordes Teucherianas, cum *Luc. Legrandi* suisque correctionibus *C. G. Heynius* ad calcem Cononis Gott. 1798, denique, postquam Palatinum, tunc Parisinum, denue contulerat et lectiones ex eo excerptas cum suis animadversionibus in epistola critica ad J. F. Boissonadium evulgaverat *Fr. Jac. Bastius* Paris. 1805 p. 168 sqq. (quem librum gallice scriptum latinum fecit C. A. Wiedeburg Lips. 1809: vid. ib. p. 204 sqq.), ad eiusdem libri fidem recensum *Fr. Passovius* Lips. 1824 adiectis cum suis tum aliorum emendationibus, in quibus sunt haud paucae *J. G. Schneideri* manu ad marginem exemplaris Gottingensis adscriptae. Itaque de Palatino res transacta videbatur: ea certe Bastius credebatur esse oculorum acie, ea diligentia, ea contortos evanidosque litterarum ductus enodandi facultate, ut liber ille prorsus exhaustus haberetur. Sed in versibus, qui leguntur capp. 11. 14. 21, cum Passovius iterum iterumque questus esset lectionum a Bastio enotatarum paucitatem, *L. Kayserum*, virum clarissimum mihiq. amicissimum, rogavi, ut librum evolveret ac si quid memoratu dignum, quod Bastius in versibus illis omisisset, deprehenderet, mecum communicaret. Fecit is quod rogare non ausus eram, totum librum quam accuratissime contulit suasque coniecturas hic illic interposuit. Huic igitur viro debetur quod Parthenius nunc prodit aliquante correctior et emendatior; namque ex eis quae Kayserus ex Palatino descripsit apparet, non solum in versibus illis, sed per totum librum haud paucas lectiones Bastium silentio transiisse, id quod in tam exigui ambitus libello haud

levi momento aestimandum est. Sed praeter omnem expectationem accidit ut, qui modo nullam habueram, duas breviter nanciscerer eiusdem codicis collationes. Scilicet fando acceperam, Roulezium, Heidelbergae olim commorantem, Antonium Liberalem, qui in eodem libro Palatino continetur, excussisse, quamque repperisset lectionis discrepantiam alicubi iuris publici fecisse. Haesit in animo levis eiusdem rei recordatio, verum neque litterati homines, quotquot consulerem, certio rem me facere poterant et frustra bibliopolae volvebant indices librorum. Incidi tandem felici coniectura ductus in Acta regiae academiae litterarum Bruxellensis (*Bulletins de l'académie Royale des sciences et belles lettres de Bruxelles*) eorumque vol. 2. a. 1835 reperi quod dudum frustra quaesiveram, praeterea Kayserus nuntiavit idem exstare in eiusdem auctoris *Mélanges de philologie, d'histoire et d'antiquités*, cuius libri fasciculus primus ante aliquot annos Bruxellis prodiiit, eas commentationes continens quas auctor academiae tradidisset aut in eius consessibus legisset. Hoc igitur loco obstupui pene cum non solum quam expectaveram Antonini, verum Parthenii quoque lectionis varietatem ex Palatino integram excerptam deprehendi p. 403 — 407. Necopinanti res, ut fatear, primo aspectu haud grata accidit: nam inter quaerendum tempus perdideram atque Parthenius meus interea typis expressus erat. Sed animum recepi cum viderem, Kayseri collationem non modo cum Rouleziana ubique fere conspirare, sed etiam aliquanto illa esse copiosiore atque accuratior, ut nihil detrimenti res mea hinc cepisse videatur. Quae autem Kayserum fugerunt pauca admodum sunt, ut cuivis apparebit ex Addendis. In ipso denique Palatino praemissus est index capitum, qualem habes etiam in principio Antonini. Incipit ταῦτα ἐν τῷδε τῷ συγγράμματι περιέχεται, α' περὶ λύρκου. Hunc solus repetiit Cornarius, omiserunt ceteri editores, nec quisquam iterum nisi uno atque altero loco cum libro ms. contulit: omisi ego quoque, quia non praesto mihi fuit princeps editio.

Paucis transigam cum Antonino Liberali. Hunc primus edidit cum Phlegonte, Apollonio, Antigono, M. Antonino

Gasil. Xylander Basil. 1568, seorsim deinde *Abr. Berhelius* LB. 1674, tum in hist. poet. scriptt. *Th. Galeus* Paris. 1675, seorsim iterum *Thom. Munckerus* Amst. 1676, *Henr. Verheykii* LB. 1774 et post Teucherum (Lips. 1791) cum latina Xylandri interpretatione integrisque dictorum editorum commentariis *G. A. Kochius* Lips. 1832. Idem plane Antonino quod *Parthenio* contigit. Nam huius quoque liber transformationum cum in solo Palatino (P) servatus esset, hinc a Xylandro quantumvis accurate expressus eorum, qui posthac eiusdem edendi consilium ceperunt, opera, quo longius ab ipso fonte recesserunt, indies sui dissimilior factus est, donec ad Palatinum praeclaro consilio rediit *Fr. Bastius*. Is igitur denuo excussit librum manu scriptum, quaeque invenit aut male a Xylandro lecta aut omissa cum suis observationibus evulgavit in epist. crit. ad Boissonad. p. 63 sqq. (p. 99 sqq. ed Lips.). Quo apparatu cum prudenter admodum atque diligenter usus esset *Kochius*, amicus suavissimus, effecit ut editionibus praeter suam atque principem facile carere possemus omnibus. Verum hic quoque nonnulla quae leguntur in Palatino, quamquam pauciora numero, a Bastio praetermissa sunt: haec etiam supplevit *Roulexius* in Act. acad. Bruxell. l. l. p. 408—411, ut nunc quidem de Palatino prorsus constare videatur.

Adiunxi Antonino scriptorem qui *Eratosthenis* celeberrimum nomen turpiter e mentitis est. De quo quae docti homines pro suo quisque saeculo commenti sunt exposuit iam *God. Bernhady* in *Eratosthenicis* (Berol. 1822) p. 110 sqq., recte sic statuens idem, catasterismos non ex *Eratosthenis* libro astronomico profluxisse, sed potius ex *Hygini* posticon astronomico libris demum a graeculo quodam magistro, maxime *Eratosthenis* sententias captante, desumptos adhibitisque nonnullis praeterea subsidiis in usum scholarum graece esse redditos, quemadmodum *Dositheum* quoque grammaticum *Hygini* genealogiam graecam fecisse et in epitomen contraxisse accepimus. Sed quam *Hygino* ille navavit operam, eandem rursus praeter omnem dignitatem huic postmodo dicavit latinus grammaticus: nam, ut mihi quidem videtur, scholiasta qui dicitur *Germanici*, nonnulla si demas aliunde

addita, nihil aliud est nisi Pseudo-Eratosthenes latinus factus. Ex quo apparet, quantum ex utroque latino scriptore ad graecum subsidii redundet: quanquam ea est graeci libri depravatio, ut tutius arbitrere pleraque omnia intacta relinquere quam cumulandis coniecturis in lubrico versari, praesertim cum haud pauca orationis vitia auctori ipsi deberi videantur. Ipsorum autem catasterismorum manu scripti libri superstites feruntur tres. Primus est Oxoniensis (Θ): hinc primus evalgavit cum Arato Jo. Fellus Oxon. 1672, deinde aliquanto emendatiora in opusce. mythol. phys. et eth. Cantabr. 1671 et Amst. 1688 Th. Galeus et cum Heynii animadversionibus J. Conr. Schaubachius Gott. 1795. Novum accessit subsidium ex imper. bibl. Vindobonensi: scilicet in huius libro no. 142 (W) f. 132—146 leguntur omisso nomine auctoris *Ἀστρονομικὰ ζώδια*, quod opusculum non esse diversum ab eo, quod Eratosthenis nomine sub titulo *Καταστερισμῶν* circumferretur, primus intellexit G. E. Groddeckius et exposuit in epist. crit. ad Babbium, huius in edit. Arati t. 2. p. 380. Hunc librum in usum F. C. Matthiae contulerunt vv. cl. B. Kopitar et ab Eichenfeld, eiusdem tamen lectionibus Matthiae ad ipsum textum emendandum nescio qua de causa non usus est, satis habens in editione sua (maiores dico, quae praeter catasterismos Arati carmina, Dionysii orbis descriptionem et Rufi Festi Avieni metaphrases continens prodit Francof. 1817) critico apparatusi insertas p. 288 sqq. proposuisse. Tertius liber est Matritensis no. 67 (M), scriptus saec. 15. a C. Lascari, descriptus ab Iriartio in reg. bibl. Matr. codd. gr. p. 242 sq., qui et initia capitum et quorundam extrema verba enotavit; carent ibi catasterismi omni titulo, praetereaque teste Iriartio liber et impressus (Galeanam dicit editionem) plane inter se congruunt, nisi quod stellarum cuiusque sideris summa rarius in illo subneotitur; id vero cum fiat, instans plerumque ab impressa vel exemplaris vitio vel exscriptoris culpa dissidere. Sed opportune cecidit quod istos ipsos stellarum numeros sub finem unius cuiusque capituli ab auctore adiectos in suum commentarium transtulit Scholiasta phaenomenon Arati, qui legitur in cod. Vindobonensi no. 127

(S), ut hic quoque libris manu scriptis aliquatenus adhaerendus esse videatur. Excerptit hunc quoque *Groddeckius* l. l. p. 401 sqq. Denique in editione quam Paris. 1822 emisit *Hadma* hoc sub titulo, *Ἀράτοι etc. les phénomènes d'Aratus de Soles et de Germanicus César avec les scholies de Théon, catastérismes d'Eratosthène et la sphère de Léontius, traduits pour la première fois en français sur les Manuscrits de la Bibliothèque du Roi*, num ad catastérismos quoque, quae bibliographorum est opinio, adhibiti sint libri manu scripti nescio: nondum enim Lipsiam haec editio perlata est, nec tamen Eratosthenem nominatum video in indice mss. regiae bibliothecae. Ceterum non sunt silentio praetereundae observationes in eundem libellum criticae haud inutiles, quas edidit *P. H. Koppiers* in *Observat. philol.* (LB. 1774) p. 92 sqq.

Ventum est ad *Palaephatum*, in quo dici vix potest quantum deudarim. Vix enim alius quisquam scriptor est, cuius libri tantum inter se ac tam insigniter discrepent. Quippe alii aliis multe sunt ampliores atque uberiores, in aliis contraxior est oratio et brevior ambitus verborum, desunt in aliis singulae enuntiationes, in aliis totae fabulae, neque idem in omnibus ordo fabularum est. Scilicet idoneus esse videbatur libellus ad puerilem institutionem, christianis maxime, qui naturalem istam fabularum explicationem haud parum facere existimabant ad paganalem superstitionem radicibus evellendam. Itaque multum eo describendo lucri librarii fecerunt. At non satis habebant omnes ipsa *Palaephati* verba sola describere: alii enim ludendi causa aut suae sapientiae ostentandae aut gratiam rem legentibus fore autumantes hic illic suo ex ingenio sive ex thesauris poetarum novi aliquid adiacere, auctoris orationem amplificare, exornare, interpolare, alii rursus non omnia ad puerorum captam accommodata existimantes hic illic recidere, contrahere, excerptare. Sic fieri non potuit quin prorsus sui dissimilis sensum fieret *Palaephatus*, adeo ut pene desperandum esse videatur fore ut eius oratio in pristinam dignitatem restitui possit. Ac primum intelligere mihi videbar, duas *Palaephati* recensione siones distingui posse, alteram breviorē, alteram copiosiorē. Quarum re-

censionum cum neutram vere Palaephateam esse crederem, tutius arbitrabar a principio sic instituere, ut simul utramque repraesentarem, alteram ex adverso collocatam alteri: sic deum quid rei esset facilius cuivis appariturum videbatur quam si alterutram ex immensa variarum lectionum congerie ipsis lectoribus eruendam relinquerem. Verum brevi hoc consilium abieci, cum facto rei periculo intellexissem, alteram tantum recensionem, breviorē, certis finibus circumscribi posse, alterius vero, auctioris, tantam esse in libris discrepantiam, tot gradus et quasi genera, ut de una recensione plane non posset cogitari, praetereaque in eiusdem familiae libris permulta contineri quae quin interpolata essent dubitari prorsus non liceret, quibusque nefas esset bonam chartam inquinare. Sed in eisdem libris cum viderem esse nonnulla quibus longe multumque ceteris praestarent, non singula vocabula solum, sed totas enuntiationes tam apte et ad rem accommodatae inventas, tam ad ipsam sententiam pene necessarias, tam artificiose cum reliqua oratione contextas, ut, talia si a librariis profecta existimarentur, hos ipsos Palaephato aliquanto doctiores haberi oporteret, — quos constat tamen in omni genere litterarum mediocres fuisse atque sciolos — iam nihil reliquum mihi factum erat quam ut non unum vel alterum librum tanquam ducem aequaliter et constanter sequerem, sed ex omnibus Palaephati manum, quantum in tanta scripturae discrepantia liceret, restituere conarer. Qua in re quas leges mihi scripserim dicam, cum de ipsis libris exposuero.

Ac prior quidem classis breviorē recensionem continens — quam vulgatam dicas, quoniam ab *Aldo* primum, qui in huius familiae librum forte fortuna inciderat, cum *Aesopo* aliisque Venet. 1505 expressa in reliquis omnes editiones transiit (*Basileensem* cum *Phil. Phasianini* latina interpretatione 1545, *Corn. Tollii* Amst. 1649, *Mart. Brunneri* Vpsal. 1663, *Th. Galei* in opp. myth. eth. et phys. Cant. 1670. Amst. 1688, *Paul. Patris* Francof. 1685. 1687, *S. F. Dresigii* Lips. 1735. 1751, *J. F. Fischeri* sex Lips. 1761 — 1789, cuius sexta editio intelligenda est ubi *vulg.* in adnotatione legitur), quamquam adhibitis interea aliis libris mutata passim atque emen-

data — haec igitur classis constat libris praeter **A**ttinum (**a**), maxime **VJ**. Horum **V** est Vratislaviensis biblioth. Rehdigeranae no. 146, quo primus usus sum collato in meum usum a C. F. Kampmanno v. cl. (de quo libro vid. A. W. J. Wachleri comm. de Thom. Rehdigero p. 43, qui scriptum dicit a Georgio Plusiadenio et Antonio Damila, quorum alterum certe constat vixisse saec. 15 extremo), **J** *Matritensis* no. 66, ex quo fabularum indicem singulorumque capitum initia et extrema verba excerpit Iriart. reg. bibl. Matr. codd. gr. p. 230 seqq.: is enim in pauculis istis fragmentis certe fere semper facit cum Vratislaviensi, quanquam brevibus libris alicubi aliquanto brevior etiam esse perhibetur; vid. adn. ad fab. 6. Ad hos libros proxime accedunt Apostolius (**b**), Eudocia (**c**), Arsenius (**d**), qui quoniam plurimas Palaephathi fabulas ad verbum in suos libros transtulerunt, ipsi quoque iuxta atque libri manu scripti aestimandi sunt. Reliqui vero scriptores, qui Palaephathi mentionem faciunt, quo textu usi sint, Theo, Eusebius, Eustathius, alii, cum satis habeant leviter transire argumenta ac tantum modo perstringere, obscurum est: quanquam alios habuisse alios libros cum ex eo apparet, quod quinque Incredibilium libros laudat Suidas, tum docet commemoratio libri primi apud Euseb. chr. p. 31. et 121 et Oros. hist. 1, 13, et locorum nunc quidem deperditorum apud Eustath. ad Odyss. 1. p. 1382 et Nonn. conim. in Greg. Naz. invec. 1, 65. p. 148: quo spectat etiam quod nonnulli libri ἐκ τῶν τοῦ Παλαεφάτου περὶ ἱστοριῶν inscripti sunt. Denique in libro Augustano (**e**), nunc Monacensi no. 490 (v. Hardt. cat. codd. bibl. Mon. t. 5. p. 140), media in miscellae doctrinae farragine legitur fabula Palaephatea 33: contulit eam Fischerus, neque ego istas lectiones quantumvis futes omittendas duxi, quoniam hinc quoque lucis aliquid videbatur in historiam textus Palaephatei redundare. Usus est autem quicumque ista compilavit primae familiae libro.

Medium quasi inter utrumque librorum genus locum tenet satis antiquus, ut videtur, liber, Ravianus (**f**), a Christ. Ravio c. a. 1643 Constantinopoli Upsalam allatus ac primum a M. Brunnero inspectus. Hic enim textum repraesentat

cum vulgato multis locis discrepantem, nec in singulis vocabulis tantum lectionum bonitate praestantem, verum etiam vulgatis aliquanto integriorem atque auctiorem, quanquam tantundem eodem nomine ab altera familia distat, ita tamen ut an non satis accurate collatus et excussus sit iure dubitari posse videatur.

Iam altera classis continetur libris **CO^{abc}ATGFD^m**: ex quibus sex priores Britanni sunt, Cantabrigiensis bibl. coll. s. Trinitatis (**C**), Oxonienses tres (primus **O^a**, secundus **O^b**, tertius **O^c**, quos, ubi conspirant omnes, simpliciter **O** littera significavi), Londinensis ex bibliotheca Arundeliana (**A**), hi quidem a Galeo adhibiti, et Tollerianus (**T**) ex Londinensi aliquod descriptus, quanquam hic nam idem sit cum eo quem **A** appellavi, quoniam haud paucis locis cum illo discrepat, non liquet. Praeterea usus est Galeus duobus libris, altero Gallico (**G**), altero Florentino (**F**). Sed quem locis nonnullis fab. 2. adhibuerit summa (**B**) *M. Meibomius*, qui Galei editionem curavit, prorsus obscurum est: ego vero ne haec quidem, quamvis sint paucissima, omisi, ne quid desideraretur quod constaret ex libris manu scriptis prefluxisse. Denique Fischerus nactus est lectiones libri Mosquensis biblioth. s. synodi (**M**) saec. 14, ego vero Dresdensensem no. 35 (**D**) primus accurate contuli, Mosquensis prorsus geminum, ita ut alterum alterius apographum esse sponte appareat: Mosquensis autem ex Dresdensi descriptus sit necesse est, si verum est quod scribit C. Falkensteinius in descr. reg. bibl. Dresd. p. 240, Dresdensensem esse saeculi 13. Hi libri dici vix potest quantum et a vulgatis et inter se ipsos dissideant, ut mirum non sit hoc in scriptore molem lectionum in immanem pene excrevisse. Quamvis enim in potioribus additamentis huius familiae libri conspirent plerique omnes, maxime **OATDM**, tamen vix est eiusmodi locus quo non in singulis loquutionibus aut in verborum numero ac positura inter se differant, nec alius alio sit aliquanto auctior: quo nomine reliquos facile excedunt **DM**, qui fabulas nonnullas repraesentant quarta vel tertia parte vulgatis ampliore.

His igitur libris, ut breviter dicam, sic usus sum, ut primum de accessionibus illis inquirerem, earum naturam indagarem, quae Palaephato ipsi tribuendae, quaeque pro grammaticorum commentis habendae essent explorarem, deinde in illis si quid repperissem quod nullam suspicionem moveret ac plurimorum librorum consensu atque auctoritate satis confirmatum esse videretur, hoc recipere non dubitarem, denique in reliqua oratione constituenda ducem sequerer prae ceteris librum Ravianum, reliquis obtemperarem ubi lectionis praestantia aut grammaticae rationes flagitarent, maxime vero ubi utriusque familiae libri aut nonnulli aut plures conspirarent. Itaque prodit nunc Palaephatus multis quidem locis immutatus, sed talis qui, etsi vereor ut veram auctoris manum ubique repraesentet, paucis tamen exceptis locis prorsus insanabilibus legi possit sine magna offensione. Aliorum autem coniecturas atque emendationes plurimas, quippe quae ad rem nihil facere viderentur, ne nimis libri moles excresceret, silentio praeterii. Sed non omisi, quanquam persuasum est non esse Palaephateas, fabulam quintam et quae sub finem leguntur fabb. 45—51, quasque non magis huius loci esse sponte apparet extremas duas a Tollo primo receptas: quippe non par erat in mea editione desiderari quae longa consuetudine prorsus isto cum scriptore coaluissent.

Qui sequuntur eiusdem generis, licet viliores multo scriptores, Heraclitum et Anonymum primus edidit ex biblioth. Vaticanae libro no. 305 *Leo Allatius* in Excerptt. var. graec. soph. ac rhett. Rom. 1641, rursus ediderunt *Th. Galeus* in opp. mythol. et seorsim *L. H. Teucherus* Lemgov. 1796. Ego operam dedi ut paullo prodirent emendatiores, aegre sane ferens quod uti non licuit nova eiusdem Vaticani libri collatione, quam fecerat *Fr. Bastius*, eaque editis septem plagulis auctiore teste Schoellio hist. litt. gr. t. 2. p. 116 ed. germ.; cf. eiusd. *catal. des mss. de feu Mr. Bast.* Par. 1812. p. 6.

Accedunt alii Anonymi tres, quorum priores duos certe a me receptos esse erant qui mirentur, sed nec defuturos spero quibus gratum fecerim. Scilicet a principio propositum

erat, in unum tanquam corpus coniungere non solum eos scriptores qui meras fabulas memoriae tradidissent, quae ex genere superstites sunt paucissimi, verum eos quoque qui in fabulis utraque explicandis et in artis quasi formam redigendis operam posuissent: quo spectant praeter incredibilium volumina maxime physicae atque ethicae antiquarum fabularum explicationes. Principem in isto genere locum tenent Cornuti opus de natura deorum atque Heraclidis sive Heracliti Homericæ allegoriae. Sed hos quoque edendi consilio destiti, non quo vereretur ne nimiae molis liber evaderet, sed primum quod utriusque scriptoris libros videbam tales evulgatos esse qui sine novo scriptorum librorum auxilio in integrum restitui non possent, neque ad Cornutum emendandum (prorsus enim inutilis est farrago Galeana) praesto mihi erant quae adparaverat Villoisonus (vid. eius Anecd. gr. t. 2. p. 243), neque ad Heraclidem libri praestantissimi, Vaticanus atque Britannicus sive Constantinopolitanus, adminicula gravissima (vid. Schoellii hist. litt. gr. t. 2. p. 117. t. 3. p. 603), deinde quod aptior etiam quam in fabularum scriptoribus alibi his libris locus esse videbatur, alteri in scriptis philosophorum, alteri in bibliotheca Homerica tandem aliquando condenda; quo pertinent etiam quodam modo Philostrati Heroica, haud mere fabulosi argumenti liber, quanquam in eo maxime versatur, ut antiquorum deorum ac daemonum cultum defendat ab irrisione haereticorum. Interea ne prorsus deservisse officium viderer nec dicerer non dedisse quod dare potuissem, recepi allegorica opuscula duo, quorum auctores ignorantur, utrumque aetatis inferioris, qua genus illud explicationis vehementer placuit grammaticis. Ac prius quidem rem ipsam ad artem et praecepta revocat et ob eam causam minime contemnendum est. Primus ac solus edidit ex cod. Palatino no. 40. *Fr. Creuxerus* in Melet. crit. fasc. 1. p. 42—47. Neque in suo genere unicum illud est: plane geminum enim exstat in cod. Vindob. nr. 128, Joannis Diaconi Galeni triplex modus allegoriae fabularum poeticarum, physicus, ethicus, theologicus, qui libellus sic incipit, *τρισὶ τούτοις ὁ τῆς ἀλληγορίας περὶ ἑκάστην τρόπον, ἥ γὰρ φυσικῶς*. Vid. Lambec.

comm. d. bibl. Vind. t. 7. p. 502. Quas regulas quomodo ad antiquas fabulas grammatici adhibuerint si quis indagare volet, largam ei messem praebebunt silvae Tzetzarum, Eustathii, aliorum, in quibus prae aliis iterum nominandus est quem modo memoravi Joannes Diaconus Galenus, saec. 9. vel 10. homo: huius enim in eodem cod. Vindob. exstant allegoriae cum in quattuor priores versus libri quarti Iliadis (ἀλληγορία ἀναγωγικὴ εἰς τὸ παρ' Ὀμήρῳ ῥηθέν „οἱ δὲ θεοὶ“ etc.), tum in totam Hesiodi theogoniam, et haec quidem iam a. 1537 a Trincavellio cum Hesiodo edita. Vid. Muetzell. d. emend. theog. Hesiod. p. 295 sqq. Ego vero circumspiciens eiusdem generis exemplum quod lectoribus offerre possem nec vulgare prorsus nec nimis inhabile et praegrandi ambitu molestum, incidi in allegoricum *de Ulixis erroribus* opusculum, nec dubitavi illud huic volumini inserere, cum intellexissem paucis esse cognitum et, licet nec antiquum esset nec optimo genere scriptum, non prorsus tamen cognitu indignum. Primus edidit cum Xenophontis convivio opera et studio Vinc. Opsopoei Jo. Secerius Haganoae 1531 (quam editionem inspicere mihi non licuit), iterum Jo. Columbus LB. 1745.

Tertium Anonymum, cuius misellum opus miscella inscripsi, ab *Heerenio* primum ex codd. Mediceo et Escorialensi editum in Bibl. ant. litt. et art. fasc. 7. Gott. 1790 ipse iam, quoniam a nonnullis Phlegonti tribui intellexeram, in paradoxographis, alieno loco, repeti curavi p. 218 sqq. (cf. praefat. p. XLI sq.), hic suo loco non erat cur omitterem.

Sequitur opusculum de laboribus Herculis ex Apollodoro excerptum, Allatio duce a me auctori suo redditum, Joanni Pediasimo chartophylaci Bulgariae, homini, ut fertur, saec. 14, quem ab Joanne Diacono Galeno, quocum confundi erat solitus, primum recte distinxit Muetzell. d. emend. theog. Hes. p. 295, non recte item ab Joanne Diacono Pediasimo, ut docet C. F. Rankius in ed. scut. Hes. p. 305. Hunc igitur auctorem esse *Allatius*, qui primus libellum tanquam Anonymi edidit in Excerptt. var. graec. soph. ac rhett. p. 321—341, recte suspicatus est, cum eius sub nomine eiusdem tituli opusculum Venetiis in s. bibl. Antonii et s. Salvatoris,

Bononiae exstare legisset apud epitomatores Gesnerianos. Neque aliud est quod Venetiis in bibl. s. Marci cod. no. 514 (v. Theupoli graec. d. Marci bibl. codd. p. 277) asservatur Joannis Pediasimi nomine inscriptum iisdemque verbis incipiens, et idem quod Vindoboni esse dicitur in imperiali bibliotheca. Contra nullo nomine inscriptum, nisi latere vis nomen in mutila praescriptione, sed multis scholiis maximam partem etymologicis distinctum idem est in codice Vratislaviensi bibl. Rehdiger. saec. 15. no. 143 (V), qui et Euripidis, Pindari, Hesiodi nonnulla continet (vid. Wachleri comm. d. Th. Rehdigero p. 44), quemque a Kampmanno item collatum ego primus adhibui. Versus autem praemissi leguntur etiam in cod. Palat. no. 132: vid. Creuzeri Melet. crit. p. 9.

Extremus est Nicetas Serrarum in Macedonia saec. 11 extr. episcopus, postea Heracleae Ponti metropolita. Condidit is praeter alia multa perbreve opusculum *de duodecim deorum cognominibus*. Primus edidit, quod Creuzerum atque alios fugit, sine nomine auctoris ex cod. Matritensi (J) *Iriartius* in reg. bibl. Matr. codd. gr. p. 537 sq., deinde ex codd. uno Palatino no. 132. saec. 15. (P), altero Monacensi no. 263. saec. 13. (M) *Fr. Creuzerus* in Melet. crit. 1. p. 14—37, adhibitis lectionibus cod. Dresdensis nr. 37 (D), ex quo quattuor priora capita non satis accurate descripserat *Tittmannus* in prolegg. ad Zonar. lex. p. XIV sq. Ego Dresdensem, quem saec. 14. scriptum ac praeter Zonarae lexicon excerpta varia grammatica continentem ex monasterio Batopedii in Atho monte superiore saeculo in Germaniam attulerat Matthiae, totum contuli, atque hunc et Monacensem in oratione adornanda capitibusque ordinandis duces maxime sequutus sum, omissis tamen praescriptionibus capitum ad modum canticorum ecclesiasticorum conformatis. Palatinus autem ex eodem quo Matritensis profluxit fonte, eiusdemque familiae esse Parisinos no. 1258 et 2599 ex eo apparet, quod in his ab initio Jovem Bacchus excipit.

Restat ut paucis dicam de appendice narrationum. Reputanti mihi enim, fabularum scriptores graeci quam multi intercidissent, quique superstites essent quam parum sufficerent

ad integram veteris mythologiae cognitionem assequendam, adeo ut hanc qui vellet assequi, ei graeci scriptores tantum non omnes perscrutandi essent, ab huius libri consilio non alienum visum est, appendicis instar addere, si quae essent quibus damnum illud aliquatenus resarciri posset. Congessi igitur ex variis scriptoribus quae huc facere viderentur narrationes. Qua in re ne finem omnem atque modum transire cavendum erat. Nam si ex uno quoque scriptore, qui data occasione fabulosas res aliquando attigisset, vel ex eis etiam, qui eiusdem generis plurima omissis plerumque auctorum nominibus undecunque data opera congessissent, — scho-liastas dico idque omne genus eruditulum scriptorum, in quo primum facile locum Eudocia tenet — fabulas exciperem, periculum erat ne in infinitum opus cresceret. Itaque his missis sic institui, ut non reciperem nisi narrationes et auctorum suorum nominibus inscriptas et ab illis ipsis solo narrandi consilio compositas. Hoc autem consilium maxime persequuti sunt inferioris aetatis rhetores ac sophistae, qui cum reliquas partes orationis, tum narrationem ad artem redigebant et quomodo narrandum esset exemplis demonstrabant. Horum igitur ex progymnasmatibus depromptae sunt dimidia fere ex parte quae appendice continentur narrationes. Praestant reliquis Libanii, ab *Allatio* primum editae in *Excerptt. var. graec. soph. ac rhett.* p. 47—83 (in ed. *Reiskii* t. 4. p. 1099—1111), quas paucis exceptis historici argumenti recepi integras: integras item recepi Severi, quas primus ediderat ex cod. *Matrit.* no. 115 *Iriartius* in *bibl. reg. Matr. codd. gr.* p. 462 sqq., iterum *Walzius* in *rhett. graec. t. 1.* p. 537—539, et Nicolai quae feruntur (ap. *Walz.* l. 1. p. 269—272), utriusque hominis saec. p. Chr. n. 5: unam ac solam addidi Aphthonii (ex *J. Petzholdti* edit. *Lips.* 1839. p. 4), duas item exempli caussa ex narrationibus Nicephori Basilacae, garruli saec. 12. hominis (integras vid. ap. *Allat. Excc.* p. 137—175 et *Walz. rhett. 1.* p. 428—442), unam Georgii Pachymeris, qui vixit saec. 13. (ed. *Walz.* p. 552), reliquas omisi, ut et Anonymi quas edidit *Walzius* p. 601. His addidi narrationes Nonni abbatis. Hic enim ad expli-

candas quattuor maxime Gregorii Nazianzeni orationes, funebrem in laudem Basilii, duas in Julianum invectivas, in sancta lumina, contexuit commentarios sic inscriptos: συναγωγή καὶ ἐξήγησις ὧν ἐμνήσθη ἱστοριῶν ὁ ἐν ἀγίοις πατὴρ ἡμῶν Γρηγόριος ἐν τῷ εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον ἐπιταφίῳ λόγῳ, — ἐν τοῖς στηλιτευτικοῖς, — ἐν τῷ εἰς τὰ ἅγια φῶτα. Horum extremus latet adhuc in bibliothecis: reliquos et excerpst sedulo Eudocia, et ediderunt priorem, sed non integrum (viginti tantum capita), ex codd. duobus Monacensibus no. 132 et 163 saec. 16. *Fr. Creuzerus* in Melet. crit. 1. p. 59—97, alterum ex cod. Vindobonensi no. 79 *Rich. Montagu* cum Gregorii invectivis Eton. 1610. p. 127—172, duobus libris 129 narrationes continentem. Has quoque non dedi integras, sed elegi solas eas quae fabulosas res tractarent, omisi historicas et mythologicarum quoque nonnullas, quae viderentur esse inutiles. Quanquam vereor ne earum etiam quas recepissem quasdam abiiciendas fuisse existimaturi sint severi iudices: sunt enim pleraeque omnes simpliciores quam pro rei natura licebat exspectare. Verum sic demum apparet, quid proprium sit duobus illis narrandi generibus, quorum exempla appendix nostra praebet, rhetorico et ut ita dicam theologico. Nova equidem ad has fabulas emendandas instrumenta non conquisivi, satis quippe habens ex coniectura correxisse errores qui in oculos incurrerent; sed *Bastium* ex cod. Parisino no. 2551, quo continetur commentarius ad or. in Basilium, multas lectiones excerpisse, post cum eiusdem apparatu literario in Angliam translatas, docet Schoellius hist. litt. gr. t. 3. p. 182. Praeterea alios quoque eiusmodi commentarios in Gregorii opera scripsisse constat (vid. Fabricii bibl. gr. t. 8. p. 429 sqq.), in quibus Maximus saec. 7. (cf. Tzetz. chil. 9, 865), cuius tamen commentarius a Galeo editus Oxon. 1681 num quid narrationum contineat nescio. Eundem Maximum erant qui crederent auctorem commentarii ad invectivas, qui sub Nonni nomine circumfertur: sed Nonno illumtribuendum esse colligas ex I, 7. 50. 55 coll. cum comm. ad or. in Basil. 3. 5. 8, et conficit rem quod Nonni nomine inscriptae sunt hae narrationes in libris Vindobonensibus theol. nr. 79:

99. 100 (cf. Lambec. comm. d. bibl. imp. t. 3. p. 454. 505. 507) et Parisino nr. 522. Denique iterum hoc loco nominandus est Nicetas, de quo supra dixi, Serrariensis. Etenim hic quoque in eiusdem Gregorii haud paucas orationes commentarios condidit. Usus eis est Jac. Billius, a quo latini facti, an integri nescio, prodierunt Paris. 1569 et deinde in variis Gregorii editionibus: graece nemo hucusque edidit. Sed cum in codice olim Augustano, nunc Monacensi no. 490 inventum esset opusculum mythologicum nullo auctoris nomine inscriptum (cont. historias de Pelope, Tantalos, Cecrope, Alcmaeone, Hercule, Saturno, Graecis in Troiam. navigantibus, Rhea, Cerere, Semele, Iside, Medis, Thracibus, Sole, Luna), idque Plethonis sive Pselli esse credidisset Hardt. cat. codd. bibl. Mon. t. 5. p. 138, nuperrime *R. Ungerus* in epist. crit. ad L. Krahnerum (Brandenb. 1841) p. XXV sq. illarum historiarum tres eodem ex libro descriptas adposita Billii interpretatione edidit atque Nicetae esse docuit, depromptas ex eius commentario ad orationem in sancta lumina, id quod confirmatur crebra eiusdem in Benedictinorum ad hanc orationem adnotationibus facta commemoratione, praeterquam quod graece idem commentarius cum aliis exstat compluribus in bibliothecis, maxime Parisina (cf. cat. codd. mss. bibl. reg. t. 2. ind. p. XXX). Ego vero has quoque duxi repetendas.

Haec omnia, quoniam non integra scriptorum opuscula, sed excerpta tantum repraesentavi, quo via ac ratione res procederet, ex ordine litterarum collocavi, adiectis in adnotatione auctorum nominibus atque indicibus locorum. Sed ut quos unius cuiusque scriptoris locos recepissem facilius lectores perspicerent, hic iam integrum eorum indicem subiiciendum esse duxi. Insunt igitur narrationes

Libanii

1 mihi 30, ₁ .	8 = 51.
2 = 5.	9 = 8.
3 = 35.	11 = 19, ₁ .
4 = 1.	12 = 64, ₁ .
6 = 34.	13 = 64, ₂ .

14 = 47, ₁ .	24 = 11, ₁ .
15 = 55, ₁ .	25 = 9, ₁ .
16 = 55, ₂ .	26 = 20, ₁ .
17 = 28, ₂ .	27 = 60, ₁ .
18 = 28, ₃ .	29 = 13, ₁ .
19 = 45.	31 = 40, ₁ .
20 = 7.	33 = 69.
21 = 54.	34 = 10, ₁ .
22 = 18.	35 = 26.
23 = 31, ₁ .	36 = 17.

Eiusdem p. 855 ed. Reisk.

1 = 20, ₂ .	3 = 9, ₂ .
2 = 78, ₂ .	

Aphthonii

1 = 2.

Nicolai

1 = 44.	7 = 11, ₂ .
2 = 76.	8 = 60, ₂ .
3 = 25.	9 = 68.
4 = 46.	10 = 13, ₂ .
5 = 41.	11 = 58.
6 = 40, ₂ .	12 = 77.

Nicephori

1 = 15, ₂ .	12 = 61.
------------------------	----------

Georgii Pachymeris

1 = 52.

Nonni ad orat. in Basilium

1 ^a = 57, ₃ .	4 = 15, ₁ .
1 ^b = 37.	6 = 49.
1 ^c = 4.	9 = 9, ₃ .
2 ^a = 6.	13 = 10, ₃ .
2 ^b = 84.	

Eiusdem ad inectivas

I.	2 = 66,1.	51 = 38.
	3 = 28,8.	52 = 72.
	4 = 57,1.	53 = 18.
	5 = 80.	55 = 16.
	7 = 75.	62 = 53.
	8 = 62.	65 = 43.
	9 = 48.	67 = 21.
	37 = 22,1.	68 = 31,2.
	39 ^a = 56.	80 = 83.
	39 ^b = 39.	81 = 29,2.
	40 = 59.	82 = 29,1.
	41 = 28,6.	85 = 10,4.
	42 = 28,4.	86 = 30,2.
	45 = 66,2.	88 = 14.
	49 = 79.	91 = 23.
	50 = 82.	
II.	1 = 12.	22 = 28,5.
	2 = 70.	28 = 63.
	8 = 27.	29 = 22,3.
	10 = 47,2.	30 = 74.
	12 = 24.	31 = 73.
	13 = 67.	32 = 65.
	14 = 36.	33 = 42.
	16 = 19,2.	34 = 28,7.
	19 = 71,1.	35 = 22,2.
	21 = 3.	

Nicetae

1 = 57,2.	3 = 28,1.
2 = 71,2.	

Scrib. Lipsiae d. 19. m. Jun. a. MDCCCXLII.

